

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 93v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 29

[29] De causa, de qua promittitur coram iudicio.

Quod<sup>a</sup> si duorum virorum querimonie dilate fuerint in iudicio banito coram iudice et de voluntate iudicis et consensu, et parcum arbitrio utrorumque, quod inter ipsos concordia extra iudicium debeat ordinari, nec ultra causam peragendam, et se arbitri ad hoc electi de causa intromittant concordandi, absque iudicio et querimoniam a modo non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis imposterum suam querimoniam vellet renovare pro hac causa coram iudicio, iste sibi suus adversarius respondere non tenebitur coram iudicio, si protestare poterit cum iudice et scabinis, quod causa <<sup>absque</sup> b> iudicio debeat terminari.

<sup>a</sup> miejsce na inicjał Q; <sup>b</sup> nadpisane ręką komentatora

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]